

es symbolis fidei, et ex " regula fidei " ; per quam scilicet, *Iesus Christus Deus-homo una est hypostasis sive persona in duabus naturis divina et humana inconfuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter permanentibus.*

#### ÉCRITURE SAINTE

Le livre de Ruth, son auteur présumé, son époque, son objet ; analyse, et conclusions morales.

#### THÉOLOGIE MORALE

##### 'Traité de la justice, (cas de conscience.)

Titius morti proximus Caium puerulum filium suum cum tutoris et curatoris adsignatione hæredem instituit. Tutor pro pupillo hæreditatem adit, eamque per viginti annos fideliter absque ulla litis contestatione administrat. Caius major factus per se bonorum gestionem suscepit. Sed interim famam patris utpote hominis malemorati, usurarii, furum receptoris in populo, magno animi sui mœrore dilacerari audit. Hinc dubius, utrum bona fide tot facultates pater possederit, interdum extat. Aliquando vero ob quasdam lites in foro exortas veteres familiæ sue tabulas, et chirographa inquirere coactus, requidem vera cognoscit patrem irregulariter sua negotia gessisse. Etenim quædam domus, antea cujusdam consanguinei, per decem annos ante illius mortem pacifice possesto, absque ullo titulo extat. Quædam vero legata pia seu onera missarum, a quadraginta circiter annis haud solventur. Tandem pretiosissimus liber qui e bibliotheca cujusdam civis, multis abhinc annis, eruptus dicebatur, modo cum titulo donacionis a probatissimo viro jam defuncto inter familiæ libros invenitur. Hisce cognitis majora Caii dubia evadunt, qui proinde amicum presbyterum adit, eique totam rem pandit. Hic apud se querit :

- 1o Quæ sit natura, quæque prescriptionis vis et conditions ?
- 2o Utrum dubium de bona fide antecedentis possessoris hæredem præjudicet ?
- 3o Quid Caio respondendum ?